

Erster Teil.

## Von Otto II. bis Friedrich III.

### Nr. 1. Anschlag für ein zweites Aufgebot zum Römerzug Ottos II. — 981.

MG. Const. I, Nr. 436, S. 633.

Die eingeklammerten Ortsbezeichnungen sind den Anmerkungen der MG entnommen.

Herkenbaldus episcopus (Argentinensis) C loricator mittat. Abbas de Morebach secum ducat XX. Episcopus (Spirensis) Balzzo mittat XX. Ildebaldus episcopus (Wormatiensis) ducat XL. Abbas de Wizenburg mittat L. Abbas de Lauresam ducat L. Archiepiscopus Maguntinus mittat C. Coloniensis archiepiscopus mittat C. Wirzburgensis episcopus mittat LX. Abbas Erolsfeldensis XL mittat. Heribertus comes ducat XXX, et fratris filius aut veniat cum XXX aut mittat XL. Megingaus iuvante Burchard ducat XXX. Cono filius Cononis ducat XL. De ducatu Alsaciense mittantur LXX. Bezo linus filius Arnusti duodecim ducat. Azolinus Rodulfi filius mittat XXX. Oddo frater Gebizonis XX mittat. Hezil comes ducat XL. Abbas Vultensis mittat LX. Guntramus comes ducat XII. Vicgerus ducat XX. Domnus Sicco imperatorius frater ducat XX. Otto XL ducat. Adelbertus XXX ducat.

Carolus dux (Lotharingiae inferioris) custos patriae domi dimissus Bosonem cum XX mittat. Leodicensis episcopus LX mittat cum Hermanno aut Imnone. Episcopus Camaracensis XII mittat. Geldulfus cum adiutorio abbatum (Indensis et Stabulensis) XII ducat. Deodericus comes filium suum cum XII mittat. Ansfredus comes X mittat. Gottfredus et Arnulfus marchiones XL mittant. Filius Sicconis comitis XXX secum ducat. Abbas Brumiensis XL ducat. Archiepiscopus Treverensis LXX ducat. Verdunensis episcopus LX ducat. Tullensis XX mittat.

Archiepiscopus Salceburgensis LXX mittat. Ratebonensis episcopus totidem mittat. Abraham (Frisingensis episcopus) XL mittat. Reginaldus episcopus (Eistetensis) L ducat. Alboinus episcopus (Sabionensis) XX ducat. Episcopus Augustae civitatis C ducat. Constanciensis episcopus XL mittat. Curiensis episcopus XL ducat. Augensis abbas LX ducat. Abbas Sancti Galli XL ducat. Abbas de Eloganga XL ducat. Abbas de Kembeduno XXX ducat.

### Nr. 2. (1). Verzeichnis der königlichen Tafelgüter. — (1064/5.)

MG. Const. I, Nr. 440, S. 647—649. (Dort sind die Ortsnamen erklärt.)

Iste sunt curie, que pertinent ad mensam regis Romani. De Saxonia cum omnibus appenditiis earum: Licendices dat V servitia regalia; item Melca; item Nisana; item Budesin; item Altenburc; item Gisleva; item Altensteda; item Wulfersteda; item Warnesteda; item Walehusen; item Tullea; item Ostorobeda; item Werla; item Goslaria; item Hohenborc; item Poleda; item Gruna, ibi pertinent salcaru regis; item Iskinwege; item Mulehusa; item Merseborc XL servitia. Iste curie tamen de Sa-

xonia dant regi tot servitia, quot sunt dies in anno, et XL plus. Item notificamus tamen vobis, quod sit regale servitium in Saxonia. Sunt XXX magni porci, III vacce, V porcelli, L galline, L ova, LXXXX casei, X anseres, V carrate cervisie, V libre piperis, X libre cere, vinum de cellarario suo ubique Saxonie.

Item iste sunt curie de Francia circa Rhenum: Tijla II regalia servitia; item Numa VIII; item Aquisgrani VIII; item Compendium II; item Dura II; item Reimaia II; item Syncika II; item Hambrestein II; item Andernaca II; item Bobarda III; item Ingleheim III; item Luthera VIII; item Brie castrum VIII; item Tydonisvilla III; item Floringia VII; item Salotra VII; item Surie VII; item Hasela I; item Nereštena I; item Triburia III; item Frankenevort III. Item [iste] sunt curie de Francia. Tantum dant: XL porcos, VII porcellos lactantes, L gallinas, V vaccas, quingenta ova, X anseres, V libras piperis, nonaginta caseos, X libras cere, IIII carratas vini magnas.

Item iste sunt curie de Bawaria: Nuremberc dat II regalia servitia; item Grenda I; item Scybol I; item Botinga I; item Wizenborc I; item Nuremberc castrum VII; item Havembere VII; item Gradinga V; item Nuvemburc super Danubium II; item Crusa III; item Nuerenwat cum multis mansis; item Turenberc II. Item iste sunt curie de Bawaria, dant XXVI regalia servitia, et tam magna sicut illa de Francia.

Item iste sunt curie de Lombardia: item Septima dat II regalia servitia; item Turrin allodium suum; item Susa II mille marcas; item Avilana castrum mille marcas; item Ploszascum CCCCC marcas; item Cara sex marcas; item Tastusta VC marcas; item Vivel VC marcas; item Saluza CC marcas; item Albinga CC marcas; item Seduna.civitas CC marcas; item Tarcul, item Cavalari, item Canella civitates dant VIII servitia.

Item Naum X regalia servitia; item Rubianacum I; item [ad] Sanctum Georgium V; item Gamunda III; item Marona VIII; item Zeca III; item Retor II; item Bijpont II; item Basiliadus II; item Vigiula nobilis curia; item Tronibal nobilis curia; item Lombel; item Montilin; item Curana cum magnis appendiciis. Item iste sunt curie de Lombardia. Tantum dant quot nullus potest enarrare nec investigare, nisi prius veniamus in Lombardiam.

### Nr. 3. (2). Bericht über den Mainzer Reichs-Landfrieden Heinrichs IV. — 1103, (Jan. 6.)

MG. Const. I, Nr. 74, S. 125 f. Bgl. Vita Heinrici IV. c. 8.

Anno ab incarnatione Domini millesimo CIII. Henricus imperator Mogontiae pacem sua manu firmavit et instituit, et archiepiscopi et episcopi propriis manibus firmaverunt. Filius regis iuravit et primates totius regni, duces, marchiones, comites et alii quam multi. Dux Welfo et dux Pertolfus et dux Fridericus iuraverunt eandem pacem usque ad Pentecosten et inde per III annos. Iuraverunt, dico, pacem aecclesiis, clericis, monachis, laicis: mercatoribus, mulieribus, ne vi rapiantur, Iudeis.

Iuramentum tale est: Nullus alicuius domum hostiliter invadat nec incendio devastet, nullus aliquem capiat propter pecuniam, nec vulneret, nec percutiat, nec interficiat. Et si quis hoc fecerit, oculos vel manum amittat. Si quis eum defenderit, eandem poenam patiat. Si in castrum fugerit, per III dies obsessum a coniuratoribus disperdatur. Si quis effugerit hoc iudicium, beneficium si habet, dominus suus sibi auferat, patrimonium cognati sui illi auferant. Si quis furtum fecerit valens V solidos vel plus, oculos vel manum amittat. Si furtum commiserit valens minus V solidos, capillos amittat et virgis cedatur et furtum reddat; et si ter tale furtum fecerit vel rapinam tercia vice, oculos vel manum amittat. Si in via occurrerit tibi inimicus tuus,